



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

De abia. cap. xxxj.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Regum Tertii

remesse. Altare quo propter onus impostorum
ruptum fuisse aiebat.

De morte ieroboam. Caplm. XXX.

Diebus illis e-

I grotavit abia filius ieroboam: et ait
rex uxori sue, Comuta habitum ne
cognoscaris: et vade in silo ad achis
anapham qui mihi
quodam locutus est de
regno: ipse indicabit
tibi quid euenturum sit
puero huic. Et ascen-
dit mulier ad achiam
quod videre non poterat
pre senectute, sed pre
instrucla a domino ait
Ingredere uxorem ieroboam:
quare te aliam
simulas. Vade et dic ieroboam. Hec dicit dominus.
Exaltavi te de medio populi. tu autem piecisti
me propter tergum tuum fecisti tibi deos alienos
et asatiles. et ego percussam te de ieroboam in gen-
tem ad parietem et clausum. et in carceratum et
nouissimum in israel. et delebo de domo eius
etiam viliissima quam pro sui vilitate negligenda pu-
tant. et dabo cadavera eorum canibus et feris. Tu
autem reuertere: et in introitu tuo morietur puer
quod solus de domo ieroboam inferet in sepulcro
Et rediit mulier in bethsa: et mortuus est puer
et sepelierunt eum. Reliqua pro ieroboam scripta
sunt in libro verborum dierum regum israel. Et
mortuus est ieroboam cum regnasset. xx. et duo-
bus annis. Porro ieroboam regnavit in iuda quod
pertinebat tribum iuda et beniamin. xl. et vnus
annus erat cum regnare cepisset. et xvj. annis re-
gnavit in bethsa. Sed iudas populus ille pec-
cauit contra dominum: et fecit sibi aras statuas et lu-
cos super excelsa mortuum. Sed effeminati fuerunt
in terra iuda. et cultores abeles euntur natura
vel actu: sicut legitur de hieraphas. Offen-
sus dominus suscitavit

Achias vidit in spiritu
tuum populum calcantem iur-
gum bouum: et perdit
sacerdotes conculan-
dos a populo et salo-
moni perdidit quod euertere
dus esset a mulieribus
et sepultus est iuxta illic
silon.

A hiera quod est sacrum. et
phanu quod est templum
quasi sacrum templum.

Et iudam iusac reges
egypti. anno. v. regni
roboam. Qui in gre-
diens hierusalem: pa-
cis precedentibus cum ei resistere non posset fede-
ra non seruauit. Fecit enim pactum cum eo de quodam
muro destructione quod transgressus est. Dis-
rupit thesauros domus domini et domus regie:
lucra quae aurea diripuit quae fecit rex salomon pro

quibus fecit roboam rex scuta erea. Habuit autem
roboam uxores. xvij. concubinas quoque. xxx. et na-
ti sunt ei filij. xvij.
filie vero. xl. Reliqua
roboam scripta sunt in
libro verborum dierum
regum iuda Opera
eius prima et nouissi-
ma scripsit semetipsum propheta. et mortuus est ro-
boam: et sepultus in ciuitate dauid. et regna-
uit pro eo filius eius abia.

Incidentia.

In diebus roboam latinorum septimum rex fuit
silius achis siue filius egypti. Refert herodo-
tus susac regem egypti multas gentes sibi sub-
iugasse: et quasdam sine plio cepisse. In sub-
sannatores quoque in statuis earum quae triumphanti pre-
rebant genitalia mulierum insculpsit: significans
eas euitatas esse. Refert quoque ethiopes et phe-
nices ab egyptijs didicisse circuncisionem.

De abia. Caplm. XXXI.

Citur in octavo

I decimo anno regni ieroboam regna-
uit abia super iudam. Tribus annis
regnavit in hierusalem nomine matris eius maacha
filia thamar filie absalon. Et ambulauit in
omnibus peccatis patris sui. Et factum est pro-
prium inter ieroboam et abiam in loco quod voca-
tur mons amorcorum. et habuit abias contra
spem victoriae inestimabile. Et mortuus est
abia. et sepelietur eum in ciuitate dauid. et regna-
uit asa filius eius pro eo. In anno. xx. ieroboam
regnavit asa super iudam. et xl. et vno anno re-
gnauit in hierusalem. Nomen matris eius. id est
aule maacha. Et nota quod roboam et ieroboam
dicuntur coregnasse. xvij. annis. et postea abia
coregnauit ieroboam tribus annis. et sic imple-
ti sunt. xx. anni regni ieroboam. Non enim in. xx.
anno ieroboam cepit regnare asa: ut dictum est.
sed potius in. xxj. quod per synecdochem dicitur est.
Dicit enim abia regnasse tribus annis: eo quod re-
gnauit duobus annis: et in parte quadam ter-
tij. et in reliqua parte eiusdem tertij anni ce-
pit regnare filius eius asa. in vicesimo anno
no regni ieroboam. Vniuersi modi contrarietates
sepe occurrunt in sequentibus: quarum quedam
determinant per synecdochem. Vel quae equaliter
conregnauerunt quibus filij cum patribus: ut
post dicemus. Quae pro determinari non possunt
vicio scriptorum ascribuntur.